


AD II VESPERAS  
DOMINICA PENTECOSTES

## INCHOATIO


**D** E-us, in adiu-tórium meum inténde. Dómine, ad  
ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spíritu-i  
Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in  
sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lúia.

## HYMNUS


VIII.  
**V** E-ni, cre-á-tor Spíritus, mentes tu-órum ví-sita, im-  
ple supérna gráti-a, quæ tu cre-ásti, péctora. 2. Qui dí-ceris  
Paráclitus, donum De-i al-tíssimi, fons vivus, ignis, cáritas  
et spíri-tális úncti-o. 3. Tu septifórmis múnere, dextræ Dei




tu dígitus, tu rite promíssum Patris sermóne ditans gúttura.




4. Accénde lumen sénsibus, infúnde a-mórem córdibus, infírma



nostri córporis, virtúte firmans pérpeti. 5. Hostem repéllas




lóngius pacémque dones prótinus; ductóre sic te prævi-o



vitémus omne nóxiúm. 6. Per te sciá-mus da Patrem noscá-




mus atque Fílium, te ut-ri-usque Spíritum credámus omni




témpore. A-men.

ANTIPHONA 1

VIII G 

**S** Píri- tus Dómini \* replévit orbem terrárum, al- lelúia.

PSALMUS 109



Dixit Dóminus Dó-mino **me-** o: \* „Sede a *dextris me-* is



† tu-æ,

donec ponam inimícos **tuos** \*  
scabéllum *pedum tuórum*.“

Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex **Sion:** \*  
domináre in médio inimicórum *tuórum*.

Tecum principátus in die virtútis tuæ, †  
in splendóribus **sanctis,** \*  
ex útero ante lucíferum *genui* te.

Iurávit Dóminus et non pænitébit **eum:** \*

„Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem *Melchisedech*.“

Dóminus a dextris **tuis,** \*  
conquassábit in die iræ *suæ* **reges.**

De torrén-te in via **bibet,** \*  
proptérea exaltábit **caput.**

Glória Patri, et **Fílio,** \*  
et Spirítui **Sancto.**


Sicut erat in princípío, et nunc et **semper,** \*  
et in sácula *sæculórum.* **Amen.**

ANTIPHONA 2

VIII *c*


**C**

Onfírma hoc, De- us, \* quod o-perátus es in nobis, a



templo sancto tu-o, quod est in Ierúsalem, allelúia allelúia.

PSALMUS 113.A



In éxitu Israel de *Ægý*-pto, \* domus Iacob de *pópulo bárbaro*,  
factus est Iuda sanctuárium eius, \*

Israel *potéstas* eius.

Mare vidit et **fugit**, \*

Iordánis *convérsus est retrórsus*;  
montes saltavérunt ut **aríetes**, \*  
et colles sicut *agni óvium*.

Quid est tibi, mare, quod **fugísti**? \*

Et tu, Iordánis, quia *convérsus es retrórsus*?

Montes, quod saltástis sicut **aríetes**, \*  
et colles, sicut *agni óvium*?

A fácie Dómini contremísce, **terra**, \*  
a fácie *Dei Iacob*,

qui convértit petram in stagna **aquárum** \*  
et sílicem in fontes **aquárum**.

Glória Patri, et **Fílio**, \*  
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, \*  
et in *sácula sæculórum*. Amen.

ANTIPHONA 3

VIII G

**R**




E-plé-ti sunt omnes \* Spíritu Sancto, et cœpérunt




lo-qui, al-le-lú-ia.

CANTICUM



*Alle-lúia.* Salus et glóri-a et virtus De-o nos -tro, *Ry.* Al-le-lú-ia.



qui-a ve-ra et iusta iu-dí-ci-a e - ius. *Ry.* Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

*Allehúia.* Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius *Ry.* 1

et qui timétis eum, pusílli et magni! *Ry.* 2

*Allehúia.* Quóniam regnávít Dóminus, Deus noster omnípotens. *Ry.* 1

Gaudeámus et exultémus et demus glóriam ei. *Ry.* 2

*Allehúia.* Quia venérunt núptiæ Agni, *Ry.* 1

et uxor eius præparávit se. *Ry.* 2

*Allehúia.* Glória Patri, et Fílio, *Ry.* 1

et Spíritui Sancto. *Ry.* 2


*Allehúia.* Sicut erat in princípío, et nunc et semper, *Ry.* 1

et in sæcula sæculórum. Amen. *Ry.* 2


RESPONSORIUM BREVE

VI.

**S**



Píritus Dómini replévit or-bem terrá-rum, \* Al-le-



lú-ia, al-le-lú-ia. *Y.* Et hoc quod cón-tinet ómni-a, sciéntiam

habet vo-cis \* *Ÿ.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirí- tu-i

Sancto. *Rep.* Spíritus.

AD MAGNIFICAT

*I D*

**H** O-di-e \* complé-ti sunt di-es Pentecóstes, alle-lúia;


hó-di-e Spíritus San-ctus in ig-ne discípulis appá-ru-it,

et trí-buit e-is charísmatum dona; misit e-os in u-nivérsum

mundum prædicá-re et testi-fi-cári: Qui credíderit et

baptizá-tus fú-e-rit, sal-vus e-rit, al-le-lú-ia.

Magní-ficat \* á-nima *me-a* **Dó**minum.



Et exsultávit **spí**-ritus **me**-us \* in Deo salvatóre **me** - o,  
quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*. \*

Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes *generatió*nes,  
quia fecit mihi **magna**, qui **potens** est; \*

et sanctum *nomen* eius,  
et misericórdia eius in *progénies et progénies* \*  
*timéntibus eum*.

Fecit poténtiam *in bráchio suo*, \*  
dispérsit supérbos mente *cordis sui*;  
depósuit *poténtes de sede* \*  
et exaltávit **húmiles**;  
esuriéntes *implévit bonis* \*  
et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel **púerum suum**, \*  
recordátus *misericórdiæ*,  
sicut locútus est *ad patres nostros*, \*  
Abraham et sémini eius *in sáecula*.

Glória **Patri**, et **Fílio**, \*  
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, *et nunc et semper*, \*  
et in sáecula *sæculórum*. Amen.